



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbique Sibi, Svis Scriptis contrarius,
in visitationem Saxoniam**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

Typographvs Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

TYPOGRAPHVS

LECTORI.



Eum, & omnium mee vocationis hominum officium semper esse duxi (candide Lector) eos libros quibus religio Christiana iuuari, conseruari, aut etiam amplificari posset, disquirere: & quam maxime fieri posset correctos atque repurgatos typis committi, diuulgarique diligenter curare. Inter eos autem (habita presentium temporum calamitatis ratione) primas illos tenere non male, meo iudicio, sentiunt multi, qui pseudoapostolorum & cacodiscalorum laruas detegunt, atque falsa dogmata redarguunt. Mirum enim quot eiusmodi laruatis & fucatis doctoribus, qui cum sint intus lupi rapaces, sub vestimentis ouium nihilominus sese insinuant, deludantur, & peruertantur veritatis Evangelicæ vana spe lactati. Ex his autem qui contra talia monstra pro Ecclesia Catholica depugnauerunt, vnum doctissimum, & diligentissimum semper habitum, Ioannem, videlicet, Cochleum tibi proponere iamdiu proposueram. A tali autem proposito multis rationibus, quas nunc referre nihil conduceret, me reuocatum

postremis diebus viri summi, qui etiam ex
Theologis Parisiensibus iure primi iudicari
debent, vt illud ipsum aggrederer, consulue-
runt, monuerunt, & etiamnum persuaserunt.

Quum igitur tanti & tam doctissimi viri
opera ab omnibus doctis vehementer probata
& desiderata, & tamē nescio quo pacto quasi
extincta, & sepulta tibi reponere quam potero
diligentissime constituerim, ab illis exordiri
volui, quæ Lutheri hominis vanissimi, perni-
ciosissimi, & imprimis superbi Monachi hy-
pochrism, vafriciem, stoliditatem, & audax
inceptum ob oculos subiiciunt.

Illa autem sunt (ita eodem peritissimo Co-
chleao ipsa inscribente) Lutherus Septiceps:
& Tabula contradictionum Lutheri,
super vno articulo de cōmunionē Eu-
charistiæ. Adiecimus etiam, Libellum,
seu tabulam eiusdem Lutheri genealo-
giam continentem, incerto autore editam:
quia cum præcedentibus operibus maxime cō-
uenire videtur.

Quantum autem illi Libri, si accuratè le-
gantur, vtilitatis afferre possint, tu ipse iudex
eris, cum in ipsis diligenter versatus fueris.

Vale, Parisus 8. Cal. Febr. 1563.

a iij